

**Programma Quo Pro-Rector Universitatis Rostochiensis D. Joannes Quistorpius, Facultatatis Theol. Senior ... Dn. Andreae Barclaii, Theol. Studiosi acerbum funus indicit, & ad eundum exequias Omnium Ordinum Cives Academicos officiose ac peramanter invitat ... : [P.P. Rostochii, die 3 Decembr. Anno 1667. sub sigillo Rectoratus]**

Rostochi[i]: Kilius, [1667]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746828403>

Druck Freier  Zugang






Quistorp, J.,

in A. Barclai.


R. 1667.

65
















PROGRAMMA

Quo

PRO-RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

D. JOANNES QUI-  
STORPIUS,

Facultatis Theol. Senior, & Pastor

Dominicæ,

JUVENIS EXIMII DOCTISSIMIQUE



D. ANDREAE

BARCLAI,

Theol. STUDIOSI

acerbum funus indicit, & ad eundem,  
exequias

Omnium Ordinum Cives Aca-  
demicos officiosè ac peramanter  
invitat.

Conventus fiet in templo Mariano horâl.

*Hoc in tam procelloso, & in omnes tempestates exposito mari,  
navigantibus Christianis nullus portus, nisi mors est.*

ROSTOCHI, Typis JOHANNIS KILII, Universitatis Typographi.





um plura sunt alia, quæ versare cotidie mens humana, studiosissimeq; agitare secum debet; tum verò principem inter isthæc omnia, jure summo, ipsa mors meretur locum. Hinc adeò qui rectè fungi officio, christianiq; explere veri partes volet, nil sibi perpetuitatis fingere in hæc, quam vivimus, vitâ, sed cogitare potius statuereque habebit, nil nos esse aliud, quam homines, hoc est, ad unum omnes, parvos, amplos; pauperes, divites; juvenes, senes; morti obnoxios. Enim verò si tam præclaris eximiisque, animi simul ac corporis, dotibus ornatus JUVENIS, & in quo nihil vulgare aut protritum erat, avertere mortem ac declinare minimè potuit; quid, quæso, viliore fiet turbâ, qui præ ipso illo umbrarum instar volitent, atque in nullam ferè veniant comparationem? Non inscitè profectò aut ineleganter *Lucretius* (noctium Atticarum Auctori facundiâ ingenioq; excellens) mori nesciam dixisse mortem videtur. Sanè enim, si

Rostock, Typis Johannis Kiehl Linciiensis Typographi



si à primis quasi mundi incunabulis mori sueve-  
runt homines, certumq; est, nullos etiam deinceps fore, qui nunquã vitã, aut, quæ *Tertulliani* phrasis est, seculo egrediantur, ecquando existimes desiturã aut morituram mortẽ. Ceterum quamvis natura ita nostrã ferat, aut indoles, uti vel ad nudam ejusdem mentionẽ cohorrescamus, & panico quasi quodam terrore confundamur; tamen si animum collegerimus rursus, reputarimusq;, non esse eam perfunctionem vitæ, sed lapsum (uti veteres per-inquiebant-venustè) erroris; neque tam veluti poenam à Deo, quàm remedium potius, & metam quasi laborum omnium ærumnarumq; datam esse, multò certè præstabit, aspernari mortem ac despicere, quàm pede utroque fugere velle. Sanè enim vel ipsi sectæ nostræ Principi Auctoriq; CHRISTO luculentissimè monitum, ne timeamus, qui vitã exuere nos possent quidem, ceteroqui nullum in animam jus, aut nullam potestatem habituri, ut quæ tuta prorsus foret atq; inviolabilis. Scilicet non perennantem nobis ille promittit vitam, sed de morte nostrã, quam obire quemvis oporteat, admonet, innuitque, ipsam illam idcirco obtingere, quòd multò in nos conferat dona excellentiora, quàm unquã, nondum die nostrã functi, sperare poteramus.

Quã



Quã de re tamen, in præsens, philosophari pro-  
lixius, minimè attinet. Veniendum enim tan-  
dem ad ANDREAM est nostrum, deque eo,  
quicquid afferri hisce commentationibus rece-  
pto solitum est more, jam porrò exponendum.  
Natus itaque hïc est Rostochi, urbe & Acade-  
miã celeberrimã, Anno seculi hujusce 44. diẽ 3.  
Novembr. Patre quidem viro ex inuio DN. PE-  
TRO BARCLAIO, cive ac negotiatore hono-  
ratissimo, illustri planè celeberrimãq; apud Sco-  
tos familiã [cui etim clarissima illa duo Orbis  
lumina GULIELMUS & JOANNES originem  
debent suam] profato; Matre verò Femina-  
rum lectissimã, Engel von Böhren / DN. JOA-  
NIS von Böhren / primarii Urbis nostræ Civis,  
filiã. Qui uterq; parens postquam diem obis-  
set suum, è re fore visum est, uti in convictum,  
ædesq; Tutoris, DN. NICOLAI MEIERI, VIRI  
Senatoris prudentissimi, reciperetur: Qui ipse  
etiam hanc in sese provinciam satis suscepit lu-  
bens, sicq; eadem functus est profectò, uti non  
tam Tutoris, quam verorum magè loco paren-  
tum esse cerneretur. Enimverò & Scholæ tra-  
dendum ANDREAM hunc suum, literisq; adeò  
& virtutibus, pietate verò præprimis, tanquam  
istarum omnium Principe, formandũ eruden-  
dumq; curavit; quumque in studia, processu æ-  
tatis,



tatis, non admodum propendere, per nativam in-  
dolem, videretur, annos septem & decem natum,  
magisq; tum in mercaturam inclinantem, initio  
DANTISCUM, dein AMSTELODAMUM, toto  
orbe terrarum celeberrima Emporia, misit, uti pro-  
positum utrobiq; suum eò rectius exequeretur. Ce-  
terùm quia non satis Amstelodamense quidem iter,  
quòd venti faverent minus, diraq; jugiter tempe-  
tas navigantem urgeret, non satis ex animi proce-  
deret sententiâ, salvus incolumisq; domum patri-  
amq; repetiit. Ubi cum jam hæreret, ad studia,  
quæ hæctenus sive neglexerat, sive non admodum  
curarat, animo jam planè immutato, istiq; vitæ ge-  
neri longè benigniore, reverti, ipsaque fini germani  
FRATRIS, VIRI Rev. & Clarissimi DN. M. LUDOVICI  
BARCLAI, *Ædis* Marianæ recens constituti Dia-  
coni, curæ inspectionique committi cepit. Sub cu-  
jus etiam moderamine eò profecit usque, uti non  
sine laude suâ Anno 66, mense Augusto, in Acade-  
miam Juliam, pertexendorum studiorum gratiâ, ab-  
legaretur. Quanquam non admodum ibi diu substi-  
tit, sed anno unico saltem elapso, huc statim remi-  
gravit ad suos. Arbitratur enim (neque eâ in  
re fallebatur animi) posse etiam in patriâ Academiâ  
sumtu longè minori absese disci, quæ ceteroquin  
apud exteros impensis longè maximis comparanda  
forent. Quoad igitur hîc denuò fuit vixitque, nil  
omni-



omninò neglexit rerum earum, quas proposito sue  
servituras ulla ratione existimaret. Non nimis est  
diu, quàm valetudine attineretur, deq; eâ initio non  
admodùm quidem impensè, denique verò nimio-  
perè queri inciperet. Adhibiti continuò in consili-  
um sunt Viri Experientissimi, Excellentissimiq;  
DN. JOANNES BACMEISTERUS, & DN. SE-  
BASTIANUS Wïrdig / Med. DD. ac Professores  
clarissimi, qui satis etiam gnàviter ægro & jam tan-  
dem decumbenti studuerunt quidem, finem ta-  
men, quem intenderant, minimè affecuti. Eò co-  
tidie usque valescebat malum, uti spes de recupe-  
randâ salute planè inanis cuncta foret. Confugit i-  
gitur ad animæ medicū ipsum DEUM, ejusq; admi-  
nistrum VIRUM pl. Rev. & Excellentissimum DN.  
HENRICUM MULLERUM, S. S. Theol. D. & Pro-  
fessorem celeberrimum, hodiè Facultatis Theol.  
DECANUM, quin Ædis Marianæ Pastorem præclarissi-  
mè merentem, collegā & in CHRISTO Fratrem no-  
strum conjunctissimum; uti ejus operâ interventu-  
que extremo viatico, i. e. corpore & sanguine Do-  
minico, instrueretur. Qui cum ipse clinici AN-  
DREÆ desideria, præviâ seriâ ardētīq; peccatorum  
confessione, explester, nil ferè actitatum insequen-  
tibus est temporibus aliud, quàm uti precationibus,  
cantiunculis, meditationibus, votis, suspiriisq; o-  
mnes impenderentur horæ ab illo, de cujus re & fa-  
lute




lute potissimum agererur, quique cœlestium adeo  
rectiusq; viventium consortio admiscendus, non  
admodum diu post, foret. Deprehenderunt Ju-  
VENEM fata hæc sua plenum speci & fiducia, omni-  
bus etiam sensibus integrum (quod grande certè in  
morientibus beneficium est) quin in ipso flore ju-  
ventæ constitutum; ut qui decedens non nisi trium  
& viginti annorum foret. Usque adeo illustri AN-  
DREAS nobis documento est, in omnem utiq; æ-  
tatem (quod sub initium scribere meminimus) mor-  
tem comperere; Non senectutem modò substra-  
tam letho esse, sed obnoxia etiam eidem florentis-  
simam juventam. Nemo tamen propterea vices  
NOSTRI doleat, queraturvè immaturum obiisse. E-  
nim verò morti, quicquid jam natum est, maturum  
satis est Et ceteroquin ista quæ nunc vivim⁹ tēpora  
factura facile sint, uti præclare satis actum videatur  
cum iis, qui se tempestivè subtrahere negociis ho-  
minum, atque exire de vitâ istâ penitus possint. No-  
ta est navigantium, eorumvè qui in mari versantur,  
conditio. Hic ipsi tum sese demùm collocatos  
esse in tuto existimant, quum portum tenent, atque  
è continente terrâ pelagus è longinquo prospici-  
unt. Ita etiam nemo extra calamitatum se positum  
aleam esse arbitrabitur, nisi humanis rebus valedi-  
xerit prorsus, totumque hoc vitæ nostræ mare ex  
illo respectet loco, quò non temerè vel ullæ unquam  
turbæ




turbæ transferint, vel demigrarint ærumnæ. Super-  
est uti JUVENI planè eximio frequentes eamus e-  
xequias. Ad quod ultimum humanitis ac beni-  
volentix præstandum officium, CIVES nostros A-  
cademicos, omnes singulosq; seriò studioseq; in-  
vitamus. P. P. Rostochii, die 3 Decembr.  
Anno 1667. sub sigillo Recto-  
ratus.























lute potissimum ageretur, quique  
rectiusq; viventium consortio ad  
admodum diu post, foret. Dep  
VENEM fata hæc sua plenum speci &  
bus etiam sensibus integrum (quod  
morientibus beneficium est) quin  
ventæ constitutum; ut qui decede  
& viginti annorum foret. Usque  
DREAS nobis documento est, in  
tatem (quod sub initium scribere m  
tem comperere: Non senectute  
tam letho esse, sed obnoxia etiam  
simam juventam. Nemo tamen  
NOSTRI doleat, queraturvè immatu  
nim verò morti, quicquid jam natu  
satis est Et ceteroquin ista quæ nun  
factura facile sint, uti præclare satis  
cum iis, qui se tempestivè subtraher  
minum, atque exire de vitâ istâ pen  
ta est navigantium, eorumvè qui in  
conditio. Hic ipsi tum sese den  
esse in tuto existimant, quum portu  
è continente terrâ pelagus è longi  
unt. Ita etiam nemo extra calamita  
aleam esse arbitrabitur, nisi human  
xerit prorsus, totumque hoc vitæ n  
illo respectet loco, quò non temerè v



nadeo  
non  
nt Ju  
omni  
ertè in  
ore ju  
trium  
ri AN.  
iq; æ  
)mor  
bstra  
entif  
vices  
e. E.  
urum  
epora  
eatur  
s ho  
t. No  
ntur,  
catos  
tque  
spici  
itum  
ledi  
e ex  
uam  
rbæ